



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Sancti Lvdovici Caroli II. Regis Siciliæ Filii, Ex Ordine  
Minorvm Episcopi Tolosani Vita**

**Sedulius, Henricus**

**Antverpiæ, 1602**

Cap. XXII. De translatione illius corporis sacri.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42834**

sè exsequuti , omnia Sanctitati illius perscribunt. Deinde res datur Cardinalibus multò diligentissimè examinanda; interim etiam moriente Pontifice hoc , cùm in demortui Clementis locum succedit Ioannes XXII . olim socius & magister S. Ludouici , qui etiam illi adfuit morienti. Nec dubium quin diuinæ prouidentiæ nutu hoc pietatis officium huic seruatum sit , cui omnis vita, mores, pietas, mors, & omnia acta B. viri probè cognita & perspecta essent. Sed ne præcipitanter agere videri posset, rursus omnibus & singulis actis ciuis à Cardinalibus accurate examinatis & adprobatis , eorundem fratribus suorum Cardinalium , omniumque Prælatorum præsentium (Auinione, vbi Apostolica sedes id temporis erat ) consilio & ad sensu , magnâ pompa & sollemnitate , anno <sup>88. ecce.</sup> salutis reparatae millesimo, tercentesimo, sexto decimo, <sup>XVII. refertur in-</sup> septimo Idus Aprilis B. Ludouici <sup>tertius.</sup> cum in sanctorum numerum retulit , Pontificatus sui anno primo.

## CAPUT XXII.

*De translatione illius corporis sacri.*

**A**NNO verò tercentesimo supra millesimum & decimo septimo, sexto Idus Novembbris, missis à Pontifice summo Cardinalibus , & aliquot Episcopis, præsente germano S. Ludouici fratre , Roberto Siciliæ & Ierusalem

F 2 salem

salem Rege, eiusque vxore reginâ, cum Re-  
 ginâ Franciæ consanguineâ S. Ludouici, cum  
 multis aliis Principibus & nobilibus viris; in-  
 numerâ quoque populi inundante multitu-  
Trans-  
fertur ad  
summum  
altare.  
 dine, qui ad S. Ludouicum interpellandum  
 cum muneribus, & ad celebrandum transla-  
 tionem sacri corporis confluxerant; thesa-  
 rus ille sacri corporis B. Ludouici, in medio  
 chori hactenus sepulti, transfertur ad sum-  
 mum altare thecâ argenteâ inclusus, iustis  
 magnificè factis more regio, & quæ deceant  
 sanctum. Ibi hactenus ipsum deuotè inuo-  
 cantibus ingentia beneficia conferuntur,  
 eius meritis, & gratiâ Domini nostri Iesu  
 Christi, qui est benedictus in æternum.

A M E N.



S. D. N.